



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium  
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias  
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,  
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Paradisus, Lignum Vitæ. Gradus 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](#)

libus : ergo in quantum agit cum illis , vivit vita non  
poralis ; ast in quantum conversatur cum his , vivit  
æterna : ergo vita æterna & temporalis sunt hinc  
cina & confines : & anima , ut potè inter utramque  
medians , debet spernere temporalem , & aggredi  
gredique vitam æternam .



## PARADISUS,

*Lignum Vitæ,*

XXXI.

*Lignum vitæ plantatum iuxta ripam  
fluminis.*

*Apoc. 2.2.* Ex utraque parte fluminis lignum vitiæ . Quod u  
litteram intelligi potest de veris arboribus nati  
libus , sed cœlestibus , quales iacumerebiles sunt  
utraque parte fluminis , majorique inservient voluptu  
gaudio & gloriæ beatorum corporum . Et si ipsa  
*Gen. 6.2.* par  
diso terrestri erat omne lignum pulchrum vix . O  
vescendum suave ; quanto magis id verificari debet  
paradiso cœlesti ?

XXXII.

*Lignum vitæ cum fructibus  
vitæ.*

*Apoc. 22.* Reddens fructum suum . Non aderunt duntaxatū p  
radiso arbores materiales & natürales ; verum com  
fructiferæ , quæ suavissimos dulcissimosque profem  
fructus , ac mirum in modum recreabunt & solercent .

lapore gustum ipsius Beati, semota tamen come-  
dans imperfectione, veluti supra cum S. Thomam in-  
venimus. Nonnullos horum fructuum vidit Sanctus  
Theophilus, quos ei transmiserat S. Dorothea, &  
ibid sprevit Mundum, seque concepit ad fidem, ac  
periculus evasit Martyr.

## XXXIII.

*Lignum vita cum frondibus vita.*

*Et folia ejus in sanitatem gentium. Arbores cœlestis Apoc. 22,*  
paradisi frondibus seu foliis simul & fructibus onustæ  
erant, & omnes iij maxima prædi virtute. *Et folia*  
*ad sanitatem gentium:* etenim sola arborum ha-  
bitum folia eijs erunt efficacia & sufficientia, ut nos  
ab omni malo liberare, perfectamque salutem nobis  
donare possint: siquidem minimum vitæ beatæ bonum  
majus est quoconque vitæ præsentis bono. Jam vero  
si unicum solum arborum istarum folium tantum pretij est,  
cujs pretij non erunt flores & fructus?

## XXXIV.


*Lignum vita, lignum incorruptibile.*

*Non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus ejus. Ezech. e. 57*  
Semper beatæ illæ plantæ conservabuntur in sua vir-  
tute & vigore, cum maturitate fructum & cum virore  
foliorum. Et dicitur folium in numero singulari,  
quia nihil unquam Beato deficiet, sive spiritualem,  
sive corporalem ejus species Beatitudinem. Et per hoc  
distinguitur futura vita à præsenti: hujus namque  
symbolum est: *Deficit:* illius vero: *Non deficit.*  
Palatia, Civitates, Regna & Monarchiæ hujus  
Mundi Deficient, alterius Mundi  
*Non deficient.*

## XXXV.

*Lignum vite cum duodecim fructibus.*

*Afferens fructus duodecim.* Hæc arbor in sensu  
stico & spirituali significat Christum, beatificatio-  
rum objectum : & duodecim fructus significant  
duodecim dona & perfectiones, quas eis com-  
municat. Primus fructus est lumen gloriae : ultimus  
pax, qua est quietatio consummata Beatorum in Co-  
septem alij sequentes sunt tres dotes animæ & quatuor  
dotes corporis : tres ultimi sunt primò visio Homo-  
tatis Christi, ejusque sanctissimæ Matris : secundū  
Beatorum societas ; tertius visio loci materialis paradi-  
cum Mundo renovato.



## PARADISUS,

*Centrum nostri cordis.*

*Centrum nostri cordis, in statu  
beato.*

*A*nima ab immenso Divinæ pulchritudinis ab-  
sorpta pelago, totaque vastissime infinito  
Divini luminis immersa abyso, cogitationum suorum  
scopum, actionumque finem alium habere nequa-  
quam puram gloriam & solum beneplacitum Dei.  
Etenim Beatus videndo Deum simul judicat Deum  
esse summum bonum, & ultimum finem : unde p.